

et

Lib. I. Cap. I.

dicabilium, eum unice ordinetur ad Cate-  
gorias, teste Porphyro. *Isag. cap. 1.*

18. Doctrinam quoque de' elenchis Sophi-  
sticis, (in primis prout ab Aristotele tractatur)  
topica vel dialectica esse annectandam, evin-  
cit non solum, quod ipse Aristoteles eam nomi-  
ne ac titulo librorum Topicorum citavit l. 2.  
prior c. 22. sed etiam ex eo clarum esse potest,  
quod dialectici duplex *divisus* seu vis esse vi-  
detur, altera quidem, ut sciat quid verè sit  
*ἔνδοξον* seu probabile; altera verò, quid appa-  
renter sit *ἔνδοξον*, & videatur saltem esse pro-  
babile, cum non sit, atque hoc posterius ad  
elenchos Sophisticos spectat. E. ad Topicam  
referendi.

19. Ad rationem ordinis quod attinet, do-  
ctrinae Categoriarum rectius immediatè sub-  
jiceretur Dialectica seu Topica, (cum conne-  
xionem habeant) adeoque analyticae pramit-  
teretur, cum conveniens sit dialecticis velita-  
tionibus prius exerceri, quam ad solidiorem  
illam & subtiliorem, quae in analyticis propo-  
nitur, doctrinam quempiam admitti. Ne ta-  
men ordo hactenus servatus penitus everti  
videatur, idem h. l.; servabitur, & analytica  
Dialectica seu Topicae pramittetur.

CAP.

le. fi.  
-gri, qua mentis actio est, & de divi-  
-et q. canones praeferat, q. b. verum a sol-  
-so dijudicet. Quippe sicut agricul-  
-va doceat, ut plantae aliq. sponte nacen-  
-tes, non temere, sed ut par est, in roma-  
-nio praeferat, sic Logic. regulas, suppo-  
-tate, q. b. verum de iudicanda sit, cura dispo-  
-enda, et q. reguntur, ad iudicanda.